

IVAN ERCEG

IZVORI O ŽIVOTU I UREĐENJU U VINODOLU I GORSKOM KOTARU (doba feudalizma)

Izvori koji se objavljuju pod gornjim naslovom sadržavaju zapravo tri vrste (ili skupine) izvora s vrlo različitim podacima. Njihova specifičnost je u ovome:

1. Akteri (osobe i ustanove), koji su ih koncipirali i sastavljeni bili su različiti po svom položaju, utjecaju i mogućnostima odlučivanja.
2. Oni se odnose na feudalno razdoblje i njihovi su podaci dragocjeni za upoznavanje mnogih društvenih i ekonomskih pitanja i pojedinosti.
3. Iako se podaci, koji se međusobno dosta razlikuju, odnose na područje Vinodola i Gorskog kotara, oni bacaju tu i tamo dosta svjetla na veze i odnose izvan toga područja.

Ovdje se neće ulaziti u njihovu interpretaciju i valorizaciju, već će se uglavnom ograničiti na napomene, koje se obično čine uz objavljinje izvora.

I

PRILOG ZA UPOZNAVANJE RAZVOJA I STATUSA VINODOLA I GORSKOG KOTARA

1.

Rukopis koji se ovdje objavljuje nalazi se u Arhivu JAZU pod sig. I. d. 116. Ima 6 araka latinskog teksta (posljednje su 2 stranice bez teksta). On nije uvezan, a omotnica (korice) je od standardnog pakpapira. Arci papira nisu iste kvalitete. Provenijencija rukopisa pada u 1. polovicu 19. stoljeća, a veličina stranice iznosi 23 x 38 cm. Pisac nije ubilježio svoje ime na rukopisu. Nepoznata je ruka zabilježila olovkom na omotnici »Ljudevit Jelačić (?) (1834)«. Prema podacima Enciklopedije Jugoslavije, sv. IV, 1960, str. 480—481 doista se saznaje, da je pisac rukopisa (zapravo koncepta) Ljudevit Jelačić (rođen 1792.) doktor prava i profesor političkih znanosti na Pravnom

fakultetu u Zagrebu. Proizlazi to i iz koncepcije samog teksta, koja se po-klapa s njegovom pisanom riječju i javnom djelatnošću.

2.

Od ranog srednjeg vijeka pa do uključivši 1. polovice 19. stoljeća prati-se i objašnjava na osnovi dosta brojnih izvora **položaj**, **pripadnost** i **veza-nost** Vinodola i Gorskog kotara s ostalim središnjim dijelom Hrvatske. Raz-matrajući tu kompleksnu problematiku pisac daje svojevrsni povijesni preg-LED Vinodola i Gorskog kotara. Posebna je pažnja posvećena upravnoprav-NOJ organizaciji i njenoj subordinaciji centralnim organima i ustanovama Hr-vatske. Iznesen je čitav niz historijskih činjenica i objašnjene su mnoge pojave iz prošlosti tih područja. Rasvjetljene su mnoge pojedinosti iz života pu-čanstva, osobito nameti i daće koje je plebejski svijet podmirivao i pla-ćao. Dana je aproksimativna veličina dohotka koji je odatle stoljećima otje-cao u blagajne izvan tih područja. Iz rukopisa se jasno razabire kako su ta područja stoljećima dijelila sudbinu ostalih dijelova Hrvatske.

Deductio historicoo-diplomatica

tenore cuius comprobatur Partes maritimas in genere, Districtum vero Ca-maralem-maritimum in specie ad Regnum Croatiae, cuius integrantem par-tem constituere et de Jure et de facto ab olim spectare et Authoritati Banali subesse.

Ex duodecim Suppaniis Croatiae Maritimae partim ex primaera Occupa-tione, partim ex Donatione primorum, qui in Dalmatia, Croatia, et Slavonia regnabant Hungariae Regum, Suppaniae Bribiriensis et Liccanae Shubichii, qui Subin sub nomine Comitum a Zrinyo quod nomena Castro Zriny in Confinio Banali situato adepti erant tantam Celebritatem nacti sunt, Cor-baviensis, seu modernum Regimen Ottochanum Gussichii Modrussensis et Segniensis seu Regimen Ogulinense prout et Comitatus Vegliae Comitibus a Frangepan, Szluinensis alteri Lineae dictorum Comitum a Frangepan Tinnien-sis Nelipeziy, seu Lapszanonichij modernis Comitibus Orssich etc. etc. obti-gerunt, hic loci dumtaxat de illa Bonorum Zrinyano-Frangepanianorum parte, quae actu sic dictum Districtum Maritimo-Camaralem constituit, sermo erit.

Eo jam praemisso, quod Districtus hic inde a tempore suaue a Comitatu Zagrabensi separationis tam in Actis Congregationum Regnorum Dalmatiae, Croatiae, et Slavoniae, quam etiam per Ipsum Gubernatorem Fluminensem, cuius politicae administrationi creditus exstitit, semper Districtus Maritimo-Cameralis offerte compellatus fuerit, adeoque dum Districtus hic modo per Inlytam Tabulam Statuum in Comitiis Regni Hungariae Partiumque adne-xarum protinus Districtus Vinodolensis vocatur, indebita haec nomenclatio tanto a fortiori rejicienda veniat, quod Castellanatus Vinodolensis ut infra ostendetur Partem dumtaxat quaestionati Districtus Maritimo-Cameralis con-stituat, quodve per adoptionem hujusce none in publicis actis adusque haud reperibilis Compellationis Regno Croatiae Proba difficilior reddatur, pro eo ut edoceatur, quod Partes maritima, et prefata Bona Frangepanio-

-Zrinyana, consequenter et rementionatus Districtus Maritimo-Cameralis ad Regnum Croatiae de Jure semper et ab olim spectaverint, ac signanter partem Comitatus Zagrabiensis effecerint, quodve de facto etiam attacto Regno Croatiae et authoritati Banali actualiter subsit, sequentia adferuntur:

Quod citatas Partes maritimas in genere concernit, clarissime patriae Leges signanter art. 11. § 3:1608. a.c. vigore cuius immintur, quod authoritas Banalis a Dravo usque Mare Adriaticum extendantur, 57: 1647. vi cuius disponitur ut Status et Ordines illius Regni quippe Croatiae pro administranda in sensu Juris Patrii Justitia, unum Vice Comitem, et alterum Judicem nobilium, cum uno alterove Jurato ad Partes maritimas exmittant, inibique processuros suarum Judicia in unitorum coetum Comitatuum Zagrabiensis et Crisiensis sedem Judiciariam pro maturiori Revisione relaturam tandem art. 61:1790. tenore cuius declaratur, quod gloriosae Memoriae Regina Maria Theresia ad Effectum numerossalrum eatenus sancitarum Regni Legum Partes maritimas Regno Croatiae ad quod ab olim spectabant reincorporaverit — Partes has immediate ad Regnum Croatiae spectare luculenter evineunt (?).

Quod autem Maritima Bona Zrinyano-Frangeapaniana, quorum partem modernus Districtus maritimo-Cameralis per Status et Ordines Regni Hungariae primitus sub his Comitiis in congrue prorsus in quaestionem vocatus constituit in specie attinet, ante omnia Epocham et Modalitatem qualiter mentionatae Familiae in Possessorium praellatarum Bonorum devenerint, brevius perstringere, dein vero Rei gestae seriem Chronologiae sequendo comprobare expedit, quod memorata Bona ab antiquissimis temporibus usque nostram aetatem ad Regnum Croatiae de Jure et de facto spectaverint, et actu spectant. — Quorum in ordine:

Eo pro requisita notitia et directione pro primis observata, quod modernus Districtus Maritimo-Cameralis (:cui Possesio Bribir etiam nun ingremiatus unusque Castellanatus inibi prout infra docebitur, hodie dum ita compellatur:) olim ad antiquam Suppaniam Croaticam de Bribera seu Bribirensim pertinenter, historice constat, quod quamvis Gens Shubichiorum inde a tempore primae occupationis sub Nationalibus Croatiae Regibus in Territorio Suppaniae Bribirensis fuerit, ac teste Historia Salonitana unus e Shubichiis cum reliquis Croatiae Primoribus per XII. Suppanias exmissis anno 1102. cum Colomanno Hungariae Rege Pacta Conventa iniverit, eo non obstante Stepko Shubich tardius anno quippe 1251. per Bellam IV. Hungariae Regem Suppanias condam Bribirensim et Liccanam sub nomine Comitatuum collatas impetraverit, ac per eundem Regem **teste Lucio in Operे de Regno Dalmatiae, et Croatiae** in Banum totius Slavoniae renunciatus exsriterit, sed etiam constat, quod Comites Frangeapan eadem incirca Epochā a praedicto Rege Bella IV. in Partibus maritimas Comitatus Segniae, Vegliae, et Modrussi quorsum et Flumen ac Tersactum referebatur, peraeque donatos obtinuerint.

Antiquis Croaticis Suppaniis (:quarum vestigium in Documentis et Diplomatibus post Annum 1245. amplius non occurrit ac in Comitatibus quibus hungarico more supremi Comites praeficiebantur, transformatis:) subin cessantibus. Plaga ad Suppanias Modrussiensem et Bribirensim spectans, ac e meris Bonis Zrinyano-Frangeapanianis consistens expost perhibente Deductione Excellsae Regnicolaris Deputationis de Comittatu Szeverinensi confecta ac in operato publico-politico conspicua inter Comitatum Modrussiense sub Bela III. creatum Districtum item Vinodolensem per Belam IV. constitutum

subdivisa exstitit. — Neoconstitutae tamen hae Jurisdictiones tum quod (:praesertim Districtus Vinodolensis:) ob Exilitatem suam semet sustinere nequivisant, tum quod Venetae Insulas Veglia, Cherso, et Lussin sensim in potestatem suam redegerint, item Turcae in Continenti magnam Ditionem occupaverint, tardius dissolutae, ac Reliquiae eorundem Jurisdictionum in quantum retruisis Turcis ad Confinium Carolstadiense excorporatae non erant, Comitui Zagrabensi adjectae fuerunt, cuius rei proba in eo substituit, quod longe adhuc ante conditum art. 57:1647. testibus actis Regni Croatiae Congregationum Comitatus Zagrabensis jam anno 1507. in Partibus Transcolapianis et maritimis viceComitem Kerekelich habuerit. — Interim praelibatos Comitatum Modrussiensem et Districtum Vinodolensem pro appertenientiis Regni Croatiae semper consideratos fuisse, patet ex Invitatoriis supremi Comitis Josephi olim Mailath pro Installatione Comitatus Szeverinensis de dato 17^oe. Octobris 1777. dimissis, tenopre quarum commemorative **Suam Maiestatem eorum Regnante Mariam Theresiam veterem olim Comitatum Modrussiensem et Vinodolensem sub nomine novi Comitatus Szeverinensis Regno Croatiae reincorporati instaurandum clementer resoluisse**, patet porro ex Diplomate atracto Comitatui Szeverinensi de dato 10^oe. aprilis 1778 .per Divam Mariam Theresiam elargito, quo benigne declaratur, **Suam Maiestatem Sacratissimam Partium Maritimarum, quae dissolutis maritimis Regni Croatiae Comitatibus distinctis subinde Guberniis creditae erant, Reincorporationem benigne resolvisse ac in veteris Vinodolensis Comitatus locum novum Comitatum Szeverinensem efformandum esse** — patet porro exinde quod mentionatae Partes Transcolpianae et Maritimae, quae antea a Dicatione immunes erant per Status et Ordines Regnorum adnexorum testantibus actis et Prothocollis Regni Congregationum Anno 1598. primitius Contributioni subjectae fuerint; — Impatescit postremo ex nota seu Glossa G) ad art. 37:1635. Corpori Juris inserta, in qua attingitur, Uskokos in partibus Croatiae et Dalmatiae, praesertim in Comitatu Segniensi et Modrussensi in Bonis nempe Frangepanianis et Zrinyanis, ut in **Districtu Vinodol, Dominio Hrelin** etc. sedes suas obtinuisse, ac sub Comite Zrinyo Croatiae Bano militasse.

Ipsa vero in specie maritima Bona Zrinyano-Frangepaniana usque ad tempus quo Comites Zriny et Frangepan Crimen notae Infidelitatis incoaverunt, semper integrantem partem Regni Croatiae constituisse, ex Combinatione articulorum Epoche haec perlatorum quippe 14: 1604. 23: 1630. 42: 1638. 50: 1647. 32: 1649. 71: 1655. et 96: 1659. Legumque in his articulis provocatorum suapte fluit, pro caeteris tamen hoc in passu memorabiliores sunt art. 32: 1596. vi cuius Comes de Zrinyo quoad Arces suas Grobnik, Bakar seu Buccari, et Hrelin (:cujus posterioris arcis Rudera actu quoque in Districtu Camerali-Maritimo extant:) Protectioni et Defensioni Bani Regnorum adnexorum committitur, nec secus art. 59: 1609. ductu cuius Urbs et Portus Buccaranus quodammodo pro Capite Maritimorum Bonorum Zrinyanorum statuiturus ad quam Circumstantiam ex obtutu infraoccurentium benignum Resolutionum Reincorporatoriarum Theresianarum peculiariter advertendum est.

Accidit subin quod posteaquam toties fata Bona post notam Zrinyano-Frangepanianam per Fiscum Regium occupata fuissent, anno 1692. die 26^a. aprilis inter Cameram Graecensem et Cameram Hungaricam Contractus celebratus fuerit, quo mediante praefata Bona nomine praetacti Fisci Regii

dictae Camerae Graecensi vendita erant, — huic tamen Contractui in quantumcumque Juribus et Jurisdictioni Regni Croatiae praeojudicasset, vel praejudicare deductive etiam in futurum potuisset ejusdem Regni Ablegatus et mandatarius Joannes Ztepanich in primis coram Excellsa Cancellaria Regia Hungarica a eodem anno 1692. die 13.^a Mensis Junij, dein coram Regni Hungariae Palatino, ac demum coram Metropolitano Strigonensis Acta Capitulo pariter eodem anno 8.^a die festi Santissimi Corporis Christi contradixit.

Repetita Bona fiscalia Zrinyano-Frangepaniana et post notam praelibatarum Familiarum sub privato Possessorio Camerae Graecensis ac dein Bancalis Intendantiae Tergestanae ad Regnum Croatiae omnino pertinuisse subsequae quoque Patriae Leges extra omnem Dubii aleani collocant. Per art. enim 71: 1681. in celebri illo Jura et Privilegia Regnorum Dalmatiae, Croatiae, et Slavoniae corroborante articulo 22: 1687. specifice provocatum et stabilitum clare statuitur ne praementionata Bona Fiscalia tam Maritima quam Croatia, ac alia quaevis **intra Limites Regni Dalmatiae, Croatiae, et Slavoniae existentia** per Fiscum vel quemcunque alium possessa à Sacra Corona et solita Regni Jurisdictione avellantur, imino semper Legibus et Oneribus **praetacti Regni** sint subjecta, articulus vero hic per tardiores Leges art. quippe 44: 1715. 94: 1723. et 52: 1741. positive et iterato confirmatur, et renovatur, quinimmo per art. 116: 1715. erga Instantiam Statuum et Ordinum Croatiae et Slavoniae diserte declaratur et preeferitur, quod Camera Graecensis Transactioni cum iisdem Statibus (:Croatiae videlicet et Slavoniae:) coram Augustae Reminiscentiae Leopoldo I. Imperatore et Rege ratione Bonorum fiscalium Frangepaniano-Zrinyanorum inito sese accommodare teneatur.

Et sane Renitentia Camerae Graecensis ac subin Bancalis Intendantiae Tergestanae nequaquam contra Authoritatem Regni Croatiae et Bani, verum potius contra Jurisdictionem quam Comitatus Zagrabiensis in Partibus maritimis ab olim exetienerat dirigebatur, etenim posteaquam Partibus maritimis, sub quo nomine non saltem Bona Buccarana, verum etiam reliqua Dominia Maritima Zrinyano-Frangepaniana videlicet Brod, et Grobnik, Dominium Montanum Chabar, et sic dictum Dominium Coloniale modo Verbovsko compellatum (:quae omnia de praesenti Comitatui Zagrabensi ingremiantur:) constanter intelligebantur, et quarum (:Partium videlicet maritimarum:) Cotributionem Status et Ordines Regnorum Dalmatia Croatiae et Slavoniae prout gremialium Regni Comitatuum peractis ibi Conscriptionibus semper manipularunt — per eosdem Status et Ordines Regni in Complexu 165 1/8 Fumi impositi, ac ad singulum Fumum in Regni Congregatione Anno 1770. celebrata 99 Florenos 6 x. ejectati fuissent, ex anteriori vero Fumorum numero ex Rationibus Regnotenus cognitis una Tertia dcfalcata exstitisset, a residuis 112 1/12 Fumis Partibus maritimis in Complexu sumptis juxta praespecificatam Taxationem 10.909 florenos 16 x. cito Contributioni solvendi obtigerunt ex qua Contributionali Quotta subin Bonis Buccaranis in specie juxta Resolutionem R. 3742 Fl. pendendi obvenerunt, quam Summam etiam Intendentia Tergestana ad rationem Contributionis Croatiae Cassae militari per Imputationem inferre solebat.

Quod vero Bona fiscalia Buccarana praexpositiam 3742 Fl. Contributionalem Quottam usque Epocham Incorporationis et Resignationis corundem Bonorum Comitatui olim Szeverinensi factam effective persolverint,

patet ex Schemate Contributionali per effolatum Dominalem in iisdem Bonis per Intendantiam Tergestanam constitutum pro anno 1776. confecto, ac Comitatui Szeverinensi occasione Instauracionis ejus cum caeteris actis resignato, in quo subsequa Repartitio Contributionalis comperet, quod vi- delicit annue

Castellanatus	Buccari	—	1394	Fl.	53	x.
"	Hrelin	—	502	"	27	"
"	Tersact	—	249	"	40	"
"	Bribir	—	520	"	33	"
"	Vinodol	—	927	"	26	"
"	Fuccine	—	147	"	1	"

adeoque omnes 6 Castellanatus Bonorum
Buccaranorum simul sumptim supra spe-
cificatos Regnotenus impositos 3742 Fl. in Computun Con-
tributioni Regni Croatiae dependere debuerint.

Dum jam Acceleratio Dicalis Conscriptionis iteratis vicibus ex Altissima dispositione etiam apud Comitatum Zagrabensem aduersa fuisset, et mox fatus Comitatus in toto Recinetu suo ad Effectum id modi altissimorum Ordinum processisset, Intendentia Bancalis Tergestana ope nota sua de dato 3.^{ae} aprilis 1773. dimissa (:Dependentia Bonorum Maritimo-Croaticorum a Regno Croatiae nec in minimo sub quaestionem vocata:) sub praetextu quod Bona haecce a Comitatu Zagrabensi praetensive non dependeant indubie autem illa ex ratione ne in casum quem ex dicali Conscriptione major Objec- torum Contributioni obnoxiorum numerus eveniret, praedeclarata modalitate determinatum pro Bonis adnecarensibus Contributionale quantum 3742 Fl. augeri queat, contra Conscriptionem dicalem in moxfatis Bonis Buccaranis per Comitatum Zagrabensem suscipiendam reclamavit, eandemque de facto etiam peragi non admisit, in quorum nexu erga iteratas Repraesentationes Comitatus Zagrabensis Consilium Regium Croaticum fundamento ex illo, quod desiderata dicalis Conscriptione per Comitatum Zagrabensem jam prius etiam peragi non admisit, in quorum nexu erga iteratas Repraesentationes Partes Maritimae ad Regnum Croatiae et Comitatum Zagrabensem legaliter pertineant sub datis 10ae Augusti 1773. et 11ae Februarii 1774. esse pro eo apud Suam Maiestatem Sacratissimam interposuit, ut Intendentia Tergesta- na ab ulterioribus Impedimentis hoc in passu ponendis Altissime inhibea- tur.

Ast insuper praequestionatas Partes maritimas semper depedenter à Comitatu Zagrabensi Judice nobilium et Jurassore (:quin immo etiam Vice Comite:) et prioribus Temporibus, et usque Creationem Comitatus Szeverinensis provisas fuisse porro illas retroactis annis ad Tyronum militarium nomine Comitatus Zagrabensis praestitorum Statutionem cum reliquis dis- trictibus Ejusdem Comitatus pro sua rata convenisse, Conscriptioneque Di- cales per deputatos Regnorum adnexorum iam olim ibidem peractas, ade- quoque toties dictas Partes maritimas, quibus Bona Buccarana in specie inclu- duntur, Jurisdictioni Comitatus Zagrabensis per art. 67: 1647. legaliter agnita

tam diu politicis, quam Juridicis, et Contributionalibus ab immemoriali usque annum 1777, quo Comitatus Szeverinensis instauratus habetur, obnoxias fuisse, Relatione rementionati Comitatus Zagrabiensis e Congregatione 15.^{ae} Aprilis 1776. Consilio eorum Croatico praestita patescit.

Omnis tamen hae Querelae contra Intendantiam Bancalem Tergestanam obertio inenuente benigno Decreto aulico de dato 26.^{ae} July 1776. ad Gubernatorem Fluminensem Josephum condam Mailath dimisso per neoresolutam Portus Fluminensis Incorporationem, Partibus maritimis Jurisdictioni Regni Croatiae ex toto reapplicitis suapte cessarunt tanto quidem magis, quod Bona Buccarana secum dum infraattingendum benignum Rescriptum Regium de dato 5.^{ae} Septembris 1777. in economicis quoque administrationi Intendantiae Tergestanae adempta, ac manipulationi Camerae Regiae Hungarico-Aulicae resignata fuerint.

Postquam enim Status et Ordines Regnum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae incidenti ex illo, quod Officiolatus Intendentiae Bancalis Tergestanae in Bonis maritimis Zrinyano-Frangepanianis Judices nobilium munus suum prosequi non adminuerint atque Plebejati authoritate ex Arbitrio pro-manante, paeclusa ad Comitatum Zagrabensem competente appellata Jus dicere consueverint, sub Comitiis Anni 1765. Postulatum proposuerunt, ut vel Comitatus Zagrabensis Jurisdictione in pleno restabiliatur, vel in Partibus maritimis vetus Comitatus Vinodolensis reerigatur. Divae memoriae Maria Theresia pro materna Sua in publica Regni Hungariae Partiumque adnexarum Commoda, nec non hactenus paehabit in iis Commercii Incrementum Sollicitudine tenore Intimati via Consilii Croatici de dato 2.^{dae} Octobris 1776. dimissi benigne resolvere dignata est, ut Urbs et Portus Fluminensis, nec non **Bona Buccarensia in quantum illa Carolstadio Flumen versus profiendo ad dextram viae Carolinae sita sunt** (:**Portus Buccari, Buccaricza, et Portus Regio tanquam ad laevam dictae viae Carolinae sitis pro statu militari relictis:**) ipsa praeterea Civitas Carolostadiensis in Liberam et Regiam evenienda imediate Regno Croatiae reincorporentur, ex taliter neo-reincorporandis Partibus novus Comitatus nomine Szeverinensis insigniendus erigatur, idemque in omnibus (:iis quae Directioni Gubernatoris Fluminensis in Puncto Commerciali immediate reservarentur exceptis:) Consilio Croatico subordinetur, ejusque Jurisdictioni subsit, Subsequo vero Anno per benignum Rescriptum Regium de dato 5.^{ae} Septembris 1777. etiam residua Bona Buccarana ad laevam viae Carolinae situata, adeoque et Portus Buccari, Buccaricza et Porto-Re, quae juxta paeinsertam benignam Resolutionem Regiam de dato 2.^{ae} Octobris 1776. Statui Militari reservabantur, cum omni juxta viam Carolinam posita Colonia Regno Croatiae reincorporata, ac Comitatu Szeverinensi adjecta exstiterunt, taliterque juxta desertos Tenores ejusdem benigni Rescripti Regii **omnes sex Castellanatus Buccarani Constitutionum** neo-efformati Comitatus Szeverinensis ingressi sunt.

Dum jam Status et Ordines Regnum Dalmatiae, Croatiae, et Slavoniae ope secundae Repraesentationis sua e Congregatione eorundem Regnum 7.^a Octobris 1777. inchoata Altissimo Loco remonstrassent, a) ut Gubernator Fluminensis paeprise ad Commercialia, et Portalia restringatur, b) ut Nobiles Regni in Portibus a Solutione Tricesima ab In- et Evectione immunes sint, tandem c) ut in nexus Postulati sub Comitiis anni 1765. nomine Regni Croatiae interpositi loco Comitatus Szeverinensis vetus Comitatus Vi-

nodolensis ad Partes maritimas et antiquas Pertinentias suas restrigendus (:Partibus quippe Transcolpianis Comitatus Zagrabiensis, quae cum Comitatu Szeverinensi uniri praecipiebantur, eidem Comitatui Zagrabiensi reliquendis:) Jure Postliminii reerigatur — in specie reflexe ad ultimo commemoratum petitum, quippe Erectionem et nominationem Comitatus Szeverinensis dictamine benigni Rescripti de dato 10.^{ae} Novembris 1777. eo emanavit Resolutio Regia: quod Provisionem hanc a decreta Resignatione Partium Transcolpianarum Comitatus Zagrabiensis Comitatui Szeverinensi facienda nullatenus recedi queat in reliquoero votis et petitioni Statuum et Ordinum Regnorum adnexorum dicelalite propositae in ipso momento (:nisi passu etiam in hoc de nomine Litem esse conveniat:) conformem esse per Ipsos mox factos Status et Ordines Regnorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae agnitus fuerit —, pari etiam sensu Cancellarius Regius Hungaricus a. (?) Comes Franciscus Ezsterhazy de dato 29.^{ae} Novembris 1777. Comiti Francisco de Nadasd Regnorum horum Bano rescripsit illis signanter formalibus: quod caeteroquin parum intersit, num Comitatus erigendus hoc vel illo nomine compelletur, praesertim postquam Sua Majestas Comitatum hoc nomine compellandum resolvit non modo, sed et publicari fecit, ac juxta hoc Comitatus ita, vel alio nomine insignitus iisdem Praerogativis gavisurus est.

Caeterum expost sub dato quippe 10.^{ae} Aprilis 1778, ex quibus omnibus apparet, Circumstantiam quod novus hic Comitatus non Vinodolensis veruni Szeverinensis appellatus fuerit, Juribus Regni Croatiae nec in minimo praejudicasse, nec praejudicare potuisse, neorecto Comitatui Szeverinensi Sigillum ope distincti Diplomatis per Immortalis memoriae Reginam Mariam Theresiam collatum exstitit, tenore cujus Diplomatis declaratur: Partium Maritimarum, quae dissolutis **maritimis Regni Croatiae Comitatibus** distinctis subinde Guberniis creditae erant, Reincorporatione benigne resoluta, ex neo reincorporatis praevia ratione Partibus, inter quas ductu ejusdem diplomaticis caeteras inter Districtus Commercialies sex **Castellanatus Buccarenses** complectens perseque commemoratur, in **veteris Vinodolensis Comitatus** locum novum Comitatum Szeverimensis nomine insigniendum efformandum esse, ultiro innuente hocce diplomate Contributio militaris per Partes maritimas huicdum ut preexplanactum est in 3742 F1. 50 Xris supportata intermixta liter novo Comitatui Szeverinensi imposita, unaque praecriptum fuit, ut idem Comitatus Szeverinensis Consilio Croatico subsit, Causae vero ex dicto Comitatu ad Tabulam Banalem velut legale in Regnis Dalmatiae, Croatiae, et Slavoniae appellatorium, horum appellantur, unde manifestum evadit, Pavtes maritimas ac signanter 6 Castellanatus Buccaranos toties Comitatui Szeverinensi ingremiatos una cum eodem Comitatu, occasione Ipsius Regno Croatiae factae Reincorporationis moxfato Croatiae Regno non solum in politicis et Contributionalibus, verum etiam in Juridicis **diplomaticae** subjectas exstisset. Comitatu Szeverinensi in Cogregatione 10.^a Novembris 1777. in oppido Mercopail inchoata instaurato testa Relatione attacti Comitatus de accepto in gremis sui Organisatione Consilio Croatico ex eadem Congregatione praestita: novellus hic Comitatus pro regendis urgentissimis necessitatibus suis — Contributione Commerciali eotum Communitatis Fluminensis caeteroquin alterius Dissertationis objectu constituendis in nexus actorum Commissionis aulicae de anno 1776. in Florenis 978 Xris 19 1/2 defixa — in reliquo usque consummandam in recinetu sui dicalem Conscriptionem resignandamque per Comitatum Zagrabiensem Partes Transcolapianas, cuivis

bonorum universorum gremialium suorum Contributientium (binis Portionibus Academiae Fluminensis Podbreg et Lopatza simili modo Contributioni subjectis) — 45 Xrosj titulo Contributionis intermaliter adrepartitus est.

Evenit porro ex Deductione Status Quanti militaris Comitatus Szeverinensis sub Congregatione 31. Augusti 1778. confecta quod:

a) Partes Transcolapianaæ a Comitatu Zagrabieni vulsæ, ac sub nomine Processus Colapiani Comitatui Szeverinensi adjectæ, Summam e Quanto Contributionali Comitatus Zagrabiensis decedentem quippe	3192	Fl.	21	x.
b) Communitas Commercialis Fluminensis ut jam praeindigitatum est tandem	978	"	19	1/2
c) Partes maritimæ iterato penesque commemorata, ac ut supra expositum est per diploma quoque Comitatus Szeverinensis confirmatam Quotam	3742	"	50	pp.
adeoque totus Comitatus Szeverinensis titulo Contributionis militaris dependere debuerit.	7913	Fl.	30	1/2 x.

Ex supra specificata tamen Summa 3742 Fl. 50 x. Partibus maritimis imposita juxta Conventionem cum Communitate Commerciali Buccarana (:maximam partem Castellanatus Buccari, et integrum Castellanatum Tersacensem complectentem factam:), ac sub parte Congregationis 16.^{ae} Martij 1778. Flumine celebrata relatam, eadem Communitas Commercialis (:moderna libera Urbs Portus et districtus Buccari:) 1428 Fl. 15 x.^v supportare debuit, residuis igitur Partibus maritimis ex toties attacta Contributionali Quotta 2314 Fl. 35 x.^v inhoserunt.

Subin mediante Resolutione Regia via Consilii Croatici de dato 20.^{ae} Novembris 1778. intimata Comitatui Szeverinensi erga Supplicationem ejus tertius Processus resolutus exstitit, horumque in Conformatitate Partes Maritimæ in duos Processus unum quippe Montanum, qui actu ad Comitatum Zagrabensem spectat, alium vero Maritimum, ut cumque ex illis portibus, quae de praesenti modernum districtum maritimum Cameralem modo sub quaestionem revocatum constituit compositum disscribimatae fuerunt.

Tandem incidenti ex illo quod novus hic Comitatus Szeverinensis in Statu haud fuerit pro Salariis magnitudinalium suorum, et reliquis Cassae domesticae necessitatibus sufficientem nervum contribuere, Josephus olim II. nutu Ordinationis de dato 20.^{ae} Martij 1786. benigno medio Comitis Francisci Balassa Regnorum adnexorum Bani intimato disposuit, ut Comitatus Szeverinensis (:cujus velut alioquin nondum inarticulati nomen etiam simpliciter abolitum exstitit:) Comitatui Zagrabensi denuo reuniatur, ac duntaxat per Occasione hujus unionis nonnulla loca Comitatus Severinensis, districtuumque **Vinodolensis** et **Hrelinensis** ab eodem avellantur, et Jurisdictioni Commerciali Gubernii Fluminensis applicentur; quoniam vero usque subsequam separationem et determinationem Limitum inter Jurisdictionem Comitatus Zagrabensis et Gubernii Fluminensis, Provinciale videlicet Commercialiem, memoratus Comitatus Szeverinensis quoad praexistentens sui Extensionem

Statu quo mansurus, et qui talis per Comitatum Zagrabensem administrandus esset, supramentionata districtuum Vinodolensis et Hrelinensis loca subin specificanda nonnisi usque memoratam Jurisdictionum separationem sub Jurisdictione Comitatus Zagrabensis mansura, dein vero ad districtum Commercialem Gubernii Fluminensis applicanda sint.

Ordinata taliter neoerecti Comitatus Szeverinensis sublatio tanto rationabilior fuit, quod testantibus respectivis Resignatoriis Instrumentis Partes Transcolapianae Comitatus Zagrabensis 24.^a Februarii 1778. Comitatui Szeverinensi cum Restantia Contributionali nonnisi 197 Fl. 59 119/370 X. resignatae exstiterint, occasione vero Dissolutionis crebродicti Comitatus Szeverinensis anno quippe 1786. idem Comitatus 15718 Fl. 46 1/6 X. contributio-
nis restiterit.

Supraexposita Resolutione Josephina subin post Triennium decursu cu-
jus omnes Partes maritimae subadministratione Comitatus Zagrabensis con-
stituebantur anno incirca 1789. effectuata, ac demandata separatoria Linea per Juga montium Pech ducta existente, ex supraspecificatis 6 Castellanati-
bus Buccaranis Castelanatus Fuccinensis dum parte Castelanatus Hrelinen-
sis velut cis Montem Pech situati Comitatui Zagrabensi manserunt, taliter-
que majori parte Castelanatus Buccari, ac integro Castelanatus Tersactensi
ut praemissum est ad Liberam urbem, Portum, districtumque Buccaranum
spectantibus, residui Castelanatus Bribreensis et Vinodolensis cum partibus
Castellanatum Buccarini, et Hrelinensis trans montes Pech jacentibus Com-
merciali Jurisdictioni Gubernatoris Fluminensis resignati fuerunt, quas Par-
tes idem Gubernator ab illo tempore constanter sub nomine Districtus Mari-
timo-Cameralis administrat, sub quo nomine mentionatus Districtus etiam
in Actis Congregationum Regnorum Dalmatiae, Croatiae Slavoniae semper
comparet, et haec est politica Origo quaestionati Districtus Maritimo-Came-
ralis, per Inclitos Status et Ordines Regni Hungariae sub praesentibus Comi-
tiis Vinodolensis baptisati.

Relate ad Districtum hunc Status et Ordines Regnorum Dalmatiae, Croa-
tiae, et Slavoniae sub generali eorundem Congregatione 12.^a May 1790. in-
choata articulo 15. subsequum Postulatum in affuturis Regni Comitatus
anni 1790. proponendum decrevarunt, utpote:

vigesimo octavo Districtus autem Vinodolensis ex Comitatu **Zagrabensi**
ad Gubernium Fluminense anno 1786. interuenta applicatio cum in finem
inarticuletur, ut futuris temporibus constare possit, eundem Districtum **ad**
Comitatum Zagrabensem ac per consequens et Regni Coronam semper per-
tinuisse.

Ast sub ipsis subsequis Comitiis Postulatum hocce Regnorum adnexorum
ad universas Partes maritimas extensem, inque sequetam Postulati hujusc
art. 61: 1790. tenore cuius exprimitur: **Gloriosae memoriae Imperatricem et**
Reginam Mariam Theresiam ad Effectum numerosarum eatenus sancitarum
Regni Legum Partes Maritimas Regno Croatiae, ad quod ab olim spectabant,
ac per hoc **Sacrae Coronae postliminio reincorporasse** conditus exstitit, In-
substiens autem aspectum quorundam obligatorum Comitatuum Hungari-
corum, ac si videlicet per praeprovocatum articulum 61: 1790. duntaxat Urbs,
Portus, et Districtus Buccaranus intelligeretur, per disjunctivam in praep-
posito articulo contentam, **ut quippe Reincorporationis hujus Partium mari-**
timarum memoria ad sacros Postesae transmittatur, urbs vero Buccari, tam-

quam Urbs Commercialis et Portus Liber in Statu privilegiali conservetur, sufficienter refellitur.

Prout jam supra insinuatum est Communitatem Commercialem Buccaranam cum 1428 Fl. 15 X. reliquas vero Partes maritimas cum 2314 Florenis 35 X. in medium Comitatus olim Szeverinensis contribuisse, ita Comitatu hocce dissoluto, praementionatae Partes quae separata Corpora per Congregationes Regnorum adnexorum separatim etiam taxabantur, signanter sub praefata Regni Congregatione 12.^{ae} May 1790. ex Partis 135 6/8 quas Regnum Croatiae numerat, Urbi Portuque Buccarano 2 1/8, districtui vero Camerali Maritimo 3 3/8 Portae obtigerunt, ut aeque praeeplacitum est, ex integris Castellanibus Bribir, et Vinodol, nec non parte Castellanatum Buccari et Hrelin consurgent, subin fatae Jurisdictiones maritiae per Regnum Croatiae alleviatae, iisdemque notanter urbi Buccaranae 1/8. districtui vero Camerali Maritimo 1 4/8 Portae demptae, eodemque simulsumptim 1 5/8 Portae Comitatui Zagrabensi injectae fuerunt adeo, quod Comitatus Zagrabensis qui eosque 64 4/8 Portas numeraverat, ad 66 1/8 Portas elevatus, Urbs vero Buccarana ad 2, et Districtus Cameralis Maritimus ad 1 7/8 Portas reducti exstiterint — Anno dein 1802. occasione interrimalis Portarum Rectificationis in Regni Croatiae Congregatione instituta numerus quidem Portarum praelibatarum Maritimorum Jurisdictionum in Statu quo relictus, ast ex auctionali Quanto Contributionis Regno Croatiae sub Comitiis Anni 1802. diaetaliter aversionaliter in 20,000 Florenis imposito Urbi Portuque Buccarano 294 Florenos 29 4/8 X. Districtui vero Camerali maritimo 276 Fl. 14 5/8 X. sub praementionata Regni Congregatione 13.^{ae} Decembbris 1802. celebrata adjecti fuerunt, quae aucta subin dum Contributio Militaris in obsequiom benignae Resolutionis Regiae ab eatenus emanatae a 1.^a Novembris 1822. in Conventionali moneta dependi caepisset, et Contributio Regni Croatiae in sequelam Conclusi Diaetae annorum 82 5/7 ad antiquum pedem 93,615 Flor. 58 2/8 X. perinde rediisset, quoad praetactas Maritimas Jurisdictiones etiam suapte cessavit, ita quod ab illo tempore Urbs Portusque Buccaranus a 2 Portis 1379 Fl. 14 4/8 Xros, Districtus vero Maritimo-Cameralis ab 1 7/8 Portis 1293 Fl. 2 2/8 X. in Computum praespecificatae Communis Regni Croatiae Contributionis ita prout ante annum 1802. actu quoque quotannis dependant — unde clare comprobatur, non solum libera Urbe, Portumque, Buccaranum, verum etiam Districtum Maritimo—Cameralem pari prorsus ratione semper et ab olim Portis Regni Croatiae inclusos fuisse, ac de praesenti quoque traditione.

Hic loci quoque memorari meretur, quod perhibentibus actis Comitiorum anni 1802. paginae 166. attingatur: Obtingens antiqui Quantii Contributionis, Comitatuum, Civitatum inclusu Buccari, **Districtus** item Regni Croatiae facere 93,615 Fl. 58 2/8 proinde, cum in Regno Croatiae non alter detur **Districtus** quam Cameralis Maritimus, etiam per Ipsos Status et Ordines diaetaliter congregatos agnatum fuerit, quod toties fatus Districtus Cameralis-Maritimus omnino Portis Regni Croatiae includatur, adeoque ad idem Regnum partineat.

Sed et antiquioribus Temporibus, antequam videlicet Partes Maritiae per Divam Mariam Theresiam anno 1776. Regno Croatiae diplomatice reincorporatae et neo-erecto Comitatui Szeverinensi applicitae fuissent, toties attactae maritiae Partes ad Contributionem Regni Croatiae concurrisse, perque Status et Ordines Regnorum adnexorum dicatas exstitisse, numerosa

specifica data exhibentia vestigia in Archyvo Regnorum Dalmatiae, Croatiae, et Slavoniae exstantia clare ostendunt, ex quibus sequentia adducere sufficiat.

Anno quippe 1694. sub Regni Congregatione 10. Februarii Varasdini celebrata Status et Ordines Regnorum Dalmatiae, Croatiae, et Slavoniae dum plures Regni Exactores seu Incassatores Contributionis in singulis Jurisdictionibus constituerint, pro Partibus Maritimis a Dominio Brod usque Mare Adriaticum Joannem Skergatich in Exactorem nominarunt; eodemque anno 1694. in tardiori Regni Congregatione 29. Aprilis Zagrabiae servata articulo 4. et 60. Regni Croatiae fiscalia Dominia Frangepaniano-Zrinyana ad Contributionem ita taxarunt, quod Dominiis Brod, Gerovo seu Chabar, et Bakar seu Buccari singillativi 200, Dominio vero **Vinodol** et **Novi** 500 Floreni Rhenenses solvendi obtigerint, — articulo vero 5. ejusdem Regni Congregationis disposuerunt, ut Proto-notariis Regni qui supremus Exactor hancae Regno tenus adrepartitam Contributionem sic secus adhibito Brachio Regni incasset, et exequatur.

Ex Resolutione praeterea Caroli III. Hungariae Regis de dato 18.^{ae} Augusti 1720. intuitu differentiarum inter Cameram Interioris Austriae Graecensem dictam et Status et Ordines Regni Croatiae et Slavoniae ratione Contributionis exortarum eddita evenit, praevallatam Cameram Graecensem semper restante a Dominiis olim Zrinyano-Frangepanianis Regni Contributione in via Juris convictam, et Bona Ozailiensia hoc titulo pro parte Regni Croatiae in Executionem sumpta, quin immo proventus horum Bonorum nomine Regni administratorum per mox dictum Regnum perceptos fuisse.

Porro ex Dicatione Partium Maritimorum per Deputationem Regnicolarem 17.^a Novembris 1751. sub decursu Regni Congregationis Zagrabiae defungitatem peracta apparet ad illos 165 1/2 Fumos in quibus Partes Maritimae per Status et Ordines Regnorum Dalmatiae, Croatiae, et Slavoniae taxatae fuerunt, Dominia non, Grisane et Drevenik, Castellanatum Vinodol efficiencia, porro Dominia Hrelin, Tersact, Fuccine, Buccari, et Bribir, totidem distinctum Castellanatus constituentia, tandem Dominia Chubar seu Gerovo, Brod et Grobnik de presenti ita prout supraesenti Castellanatus Ivanicensis et pars Hrelinensis Comitatui Zagabiensi taliter ingremiata in rata proportionali convenisse. — Tandem

Pro Testimonio desenit benignum Rescriptum Reginae Mariae Theresiae de dato 29.^a Januarii 1753. quoad Constrictionem Regnicolarem in Croatia edditum vi cuius decernitur, ut Bona maritima per Cameram Graecensem possessa (:praeter illa Bona aequa Maritima, quae per Privatos possedebantur:) in Computum Contributionis Regni Croatiae cum 40.000 florenis pro Intertentione neo-regulatae Militiae Banalis Regni Confiniariae, juxta mensuram Taxationis sigillatorum Fumorum 4966 Florenos 6. denarios contribuant.

Ast non solum ad Contributionem verum et reliqua quoque Oblata et cuiusvis nominis communia Regni Croatiae Onera Districtum Maritimo-Cameralem semper et omni occasione concurrisse, et per Status et Ordines ejusdem Regni taxatarum fuisse certa Regni Congregationum ubertim comprobant, praetermissio carico: quondam anno 1758. tempore belli septenalis Pontifici occasione primae Tyronum Statutionis ad quam Regnum Croatiae concurrit, a 1648. fumis totius Jurisdictionis Banalis Regni Croatiae quibus ut praeostensum est, Maritimae quoque Partes cum 165 1/2 fumis

includebantur totidem Tyrobolarios procerae statura Maiestas postulaverit — si recentiora tempora post annum 1790. spectentur, sequentia eruuntur, quippe: idem Districtus Maritimo-Cameralis Anno 1792. sub Regia Congregatione 11. Augusti per articulum 18 ad Diurna Ablegatorum Diaetalium attracta fuit cum 62 Fl. 34 Xr., et sub eadem Regia Congregatione quoad Oblata Diaetalia ejusdem anni 1792. subsequi Modalitate per Regnum Croatiae taxatus habetur, et quidem titulo subsidii in 2199 Fl. 2 1/8 Xr. titulo Honorarii in 182, Fl. 46 1/8 Xr. demum eidem Districtui Camerali Maritimo Regie Congregatione 22 Capita Tyronum Militaria adrepartita est.

Sub Regia Congregatione 23.^{ae} Januarii 1797. attacto Districtui Camerali Maritimo ex Oblatione Diaetali anni 1796. Tyronum Regno Croatiae ad re-partitorum obtigerunt No 85 ex Subsidis vero in Natura, Metretae Siliginio 240. avenae 494 ad Optionem autem Metretae Siliginis 1047 Avenae 1541 frusti Boum 10 in locum fractae 38 Fl. nec non fructa Equorum 5, et in locum fractae 28 Fl. nec secus eidem.

Anno 1808. sub Congregatione Regni 29.^{ae} Februarii teste articulo 5. ex Quotta Summa 200,000 Fl. pro Collectaculorum dotatione per Diaetam anni 1807. oblatae Regno Croatiae adrepartita a Portis 1 7/8 60 Fl. 1 3/8 Xri per idem Regnum impositi fuerunt.

Anno 1809. vigore articuli 6. Regiae Congregationis 12.^{ae} Februarii titulo Honorarii Reginalis sub Comitiis anni 1808. oblati, supportandos habuit 150 Fl. 3 3/4 Xr.

Anno 1827. teste articuli 6. Regiae Congregationis 10.^{ae} Septembri pro rata Oblati Diaetae annorum 1825/27 titulo Honorarii Reginalis aureos 15. pro uberiori vero Turmae Praetoriano Dotatione 30 Fl. 1 2/8 Xros solvere debuit... demum.

Vigore Repartitionis per Regnicolarem Deputationem 27.^a Januarii 1831 factae toties fatus Districtus Maritimus quoad Oblata Diaetalia anni 1830 titulo honorarii Regalis in 15 aureis, nec secus titulo Tyronum Militarium in Capitibus 70. pro prima — 49. vero pro Secunda Statutione per Status et Ordines Regnorum adnexorum taxatus fuit unde, ut promissum est clare demonstratur Districtum Maritimo-Cameralem quoad Oblata Diaetalia, et Communia Regni Croatiae Onera ad Quottam, et in Computum ejusdem Regni semper et omni occasione usque recentiora tempora concurrisse, adeoque repetitum Regnum Croatiae in actuali et indubitate toties memorati Districtus Maritimo-Cameralis Possessorio hoc etiam Dubio Obtacta indisputabiliter constitui.

